

inimicus pacis discordiaeque seminator in corda quorundam Patriarcharum Gradensium, & Castellani-
rum Episcoporum ingessisset, ut ditionibus & legi-
bus suis Ecclesiam D. Marci, & omnem Clerum
ejusdem subjecere conarentur & fecissent. Sed in-
clitus Dux Andreas Dandulus convocato suo M. C.
anno D^m millesimo trecentesimo quadragesimo quar-
to talibus versutiis obviavit, & dictorum Pontifi-
cum auctoritate decretum infrascriptum promulgavit,
quod clare patet in Cancellaria, in Commemoriali
octavo Ducalis Cancellario ad chart. 223, per bac-
verba, & infra videlicet.

¶ Erano nel 1344 Patriarca di Grado *Andrea Dotto*, e Vescovo Castellano *Giovanni Bembo*.

Cum Capellani S. Marci non sint sub Patriarcha
Gradense, nec sub Episcopo Castellano, sed stent
ad correctionem & obedientiam D. Ducis & Pri-
micerii, & in omni tempore, si quod commis-
serint delictum vel ecceſsum sint bene puniti, &
puniāntur continuo; Vadit pars, quod ordines fa-
cti pro Clericis aliis non obligent Capellanos S.
Marci, quia non sunt sub Patriarcha & Episcopo,
ut dictum est: qui ordines facti pro Clericis aliis
sint & intelligantur etiam, & servare debeant di-
cti Capellani S. Marci, & Primicerius & Capel-
lani cum consensu & beneplacito D. Ducis sunt
contenti eos observare, & si Consilium &c. Millesi-
mo trecentesimo quadragesimo nono, die XIX
Mensis Augusti Indictione II.

952) *In Notorio ad Chartas XXXIII.*

Cum in conventionibus habitis inter Ducale Do-
minium ex una parte, & Patriarcham Gradensem,
Episcopum Castellanum, & Clerum Venetiar. ex
alte-